

# S A N C T I S S. D. N. S I X T I

## diuina prouidentia. P P. V.

*Contra Procurantes, Consilentes, & Consentientes,  
quocumq; modo Abortum.*

## C O N S T I T U T I O.



SIXTUS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,  
Ad perpetuam rei memoriam.

**E**FFRENATAM Perditissimorum hominum contra diuinæ legis præceptum de non occidendo, peccandi audaciam, atque licentiam sanctissimis legibus, varijsq; constitutionibus sèpius repressam animaduertentes cogimus nos quoq; in supremo iustitiae chrono a Domino cōstituti, iustissima ratione suadente, vetera fura partim in novando, partim ampliando, eorum etiam immunitatem pari poena proposita coercere, qui immunituros fœtus intra materna viscera adhuc latentes crudelissime necare non veretur. Quis enim non detestetur tā execrandum facinus, per quod ne dum corporum, sed quod gratulus est, etiam animalium certa iactura sequitur? Quis non grauissimis supplicijs damnat illius impietatem, qui animam Dei imaginie insignitam, pro qua redimenda Christus Dominus noster pretiosum sanguinem fudit, æternæ capacem beatitudinis, & ad consortium Angelorum destinatam a beata Dei visione exclusit, reparationem cœlestium sedium quā tum in ipso fuit impediuit, Deo seruitum sive creaturæ ademittit, qui liberos prius vita prauuit, quam illi a natura propriam lucem accipere, aut se materni custodia corporis ab effera. Scutia tegere potuerint? Quis non abhorreat libidinosam impiorum hominum crudelitatem vel crudelē libidinem, quæ cōisque processit, ut etiam venena procureat ad conceptus fœtus intra viscera extinguendos & fundēdos, etiam suam prolein prius interice, quam viuere, aut si ī viuerebat, occidi antequam nasci nefario scelere moliendos? Quis deniq; non damnet grauissimis supplicijs illorum sclera, qui venenis, potionibus, ac maleficijs mulieribus sterilitatem inducunt, aut ne concipiant, neu pariant maleficis medicamentis impendiunt? aleicos, inquit Dominus ad Moysen, nō patieris viuere: nūmis enim impu-

*s. Aug.*

*lib. 1. de*

*Nupt. O.*

*cōcupise.*

*cap. 115.*

*Exed. c.*

*22.*

*s. Epist. in*

*Epst. con*

*tra R. M.*

*nūmis.*

IN SUPER. V: immansum hujus dilecti grauitati non solam temporalibus, verum etiam spiritualibus personis prospiciamus, ac prouideamus; omnes & si: quicunqueque status, gradus, ordinis vel conditionis existentes, tam laicos quam clericos, seculares, & cuiuscumque ordinis regulares, nec non mulieres seculares, vel quicunque ordinis professas, qui vel quae vel uti principales vel ut socii conscientie ad tale factus committendum openi, consilium, favorem, potionem, vel alia cuiuscumque generis medicamenta scienter dederint, ac etiam scriberet litteras priuatas vel apochas vel alias verbis aut signis fuerint, aut conseruerint (velut supradictas penas) ipso facto, nunc prout ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis declaramus. Decernentes ac declarantes, quod per quicunque lubilea, & Indulgentias per nos & successores nostros etiam anno lubile, aut alio quoquis tempore etiam Crucifixae sanctae lubilei vel quoquis alio titulo concessas & concedendas, nec non per quascumque litteras Apostolicas quibusuis Principibus, seu ad eorum instantiam per nos & successores nostros pariter concessas & concedendas, ac etiam vigore privilegiorum mare magni, vel alias quomodolibet nuncupatorum quibusuis Congregationibus Regularium; aut Episcopis vigore Coelij Tridetini, vel alias per nos & praedecessores nostros quomodo documque cocessorū, vel in futurum cocedendorū, nec personæ sic ut prefetur delinquentes & excommunicatae præterquam in mortis articulo, absoluuntur: nec cum his Clericis qui huiusmodi delicta perpetrauerint, etiam si eorum crimen occultum fuerit super Irregularitate præmissorum occasione contracta nec per locorum ordinarios nec per alios quavis auctoritate fungentes quam per nos & per Rom. Pont. nostro, successores, & tunc non nisi urgentissimis de causis dispensari possit. Ac tam absoluendi quam dispensandi facultatem huiusmodi etiam quoad forum conscientiarum in causibus superiorius expressis nobis & successoriis bus nostris dum taxat reservamus; statuentes sic in praemissis vniuersis & singulis per quoscumque. Judices ordinarios & delegatos etiam causarum Pal. Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales sublati eis & eorum cuilibet quavis aliter indicandi & in expetandi facultate & auctoritate in quavis causa & iniuria iudicari & diffiniri debere. Irritumque & Inane quicquid secus super his a quodquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit alterari. Non obstatibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aut alijs legibus aliter forsitan circa praemissa disponentibus: aut in causis præfatis distinguenterbus, ceterisq; contraria quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium litteratum exemplis etiam impressi manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ nitis, eadē fides in iudicio & extra adhibeat, que originalibus litteris exhibitis adhibetur. Quodque cædem ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campifloræ de more publicatio & affixa, dimissis inibi earum exemplis post quindecim dies sparium a die huiusc publicationis numerando, quemcumque afficiant, ac si uniuersus forent intimatae, cum non sit verisimile quicquam ea posse ignorare quæ palam ac publice fuerint euulgata. Null ergo omnino hominū licet hanc paginam nostræ constitutionis, tutorum ordinationis, extensionis, decretorum, declarationum, voluntatum & mandati infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem secus id atticere presumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Ecclorū Petri & Pauli Apostolorum eius, se rouverit incursum. Datum Romæ in Monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo Quingentesimo Octauagessimo Octauo, Quarto Kal. Nouembri, Pontificatus nostræ Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

I. Ang. Papius:

Registrata apud Ilo. Angelum Secretarium.

S. de Verfinis.

Anno a Nativitate Domini, Millesimo quingentesimo octauagessimo octauo, Indictione prima, die vero de sexta Mensis Novembri, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, C. D. N. Sixti divinae providentiae Pape V. Anno quarto: Retractcripta littera apostolica affixa & publicata fuerunt in valvis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. C. S. Petri Principi Apostolorum de Urbe, nec non Cancellarie Apostolicae ac Campifloræ, ut modum est per nos Horatium de Reynaldis & oclanum Taglientum S. D. N. PP. Chrif.

Alex. Parabiachus Mag. Curs.